

obsides, filium suum scilicet iuniorem et nonnullos de regio
 sanguine et de eodem regno Francie comites et barones pro sol=
 vendis pecuniis in liberatione regis Francie promissis et terris
 tradendis, quibus in obstagio per annum et ultra remanenti=
 bus aliqui ex ipsis neglecta fide de regno Anglie clam et
 occulte et insalutato hospite recesserunt. Unde ipse Johannes
 rex Francie factum huiusmodi suorum de fide violata ni=
 miam ferens moleste ad purgandum suum infamiam
 et bonam suam fidem comprobandum sponte in Angli=
 am transivit, propria in persona offerens seipsum ad per=
 ficiendum obstagium, quod sui neglexerant incaute adimplere.
 Rex igitur Anglie cernens ipsius regis Francie fidem atque
 constantiam in hac parte cum omni benivolentia suscipiens
 eundem ipsum honorifice pertractavit. Cum autem de sa=
 tisfactione tractatus intervenissent et compositis inter
 ipsos reges rebus dictas Johannes rex Francie esset iam
 in regnum suum et ad propria reversurus, pertransiens
 in provinciam apud civitatem Londoniensem infirmita=
 tem validam inciderit et post paucos ibidem dies decum=
 beris diem suum clausit extremum. Cuius obitum Edu=
 arduus rex Anglie valde deplorans peractis cum regio sum=
 ptu eiudem exequiis corporis ipsius fenus transmisit in Fran=
 ciam cum regio comitatu in sepulchris regum Francie humulandum.^{u)}

u) humulando cod.